

fame, magnam vim ciborum infodiunt cum corpore; vestes, item, ollas, variamque supellecilem, magno sumptu, & multorum annorum labore conquisitam, ut iis utatur, inquiunt, ac decentius versatur in regno mortuorum. Sepulcra nobilium exstant paulum ab humo: iis perticas in morem pyramidis compactas imponunt: arcum addunt, sagittas, clypeum, & alia militiae decora: seminarum vero tumulis, torques & monilia. Infantium corpora sepeliunt propter viam, ut eorum anima, quam ab ipsorum corporibus abire longius non putant, illabatur in praetereuntis alicujus feminæ sinum, & adhuc informem animare fetum possit. In luctu vultum inficiunt fuligine. Moniti de funere affines, vicini, & amici concurrunt in funestrum tugurium.

D